

1. **<1039/1048> Convenientia** tra <Bernardo II>, vescovo di Ascoli, e <Suppone>, abate di Farfa, relativa alle terre donate da Longino di Azo a Farfa. Le terre restano al monastero; le decime vengono divise tra il monastero e l'episcopato e nessuno dei due enti ecclesiastici potrà alienarle a terza persona; i cappellani che officiano nelle chiese castrensi risultano indipendenti rispetto alla giurisdizione vescovile. La parte che non rispetterà l'accordo pattuito dovrà versare all'altra una penale di cento lire.

Breve recordationis seu obligationis qualiter *convenientia* fuit inter aepiscopum Asculanum et abbatem Pharphensem de terris quas *Longinus filius Azonis* dedit in monasterio sanctae Mariae Pharphensis.

Pactum inierunt inter se utrique ut ipsa decima de terris quas *manuales* laborant ad suas manus et sui *servi* et *libertini* et *coloni* et *incartulati* permaneant in monasterio sanctae Mariae de Pharpha ante omnia, de aliis vero terris ex quibus usque modo contempserunt dare ad praedictum aepiscopum dividant medietatem aepiscopatus et medietatem monasterium habeat de ipsa decima.

Praesbyteri quoque omnes qui capellani sunt *in omnibus castellis filiorum Longini* non reclinent caput ad ipsum aepiscopum neque ad synodum neque ad ullam causam, nisi forsitan per bonam voluntatem abbatis Pharphensis aut ipsi bona *sua* voluntate voluerint pergere; reliqui omnes praesbyteri pergant ad synodum aepiscopi sicut lex praecipit.

De ipsa quoque decima quam inter se dividunt nec unus nec alter alienent in ullam personam neque per scriptum neque per beneficium et per malam fidem non iterent inter se per annum usque ad .XII. denariorum valente et si aliquis homo contemptor fuerit ut nolit dare ipsam decimam adiuvent se aepiscopus et abbas inter se per rectam fidem.

De ipso quoque concambio quod fecit iste aepiscopus Bernardus cum Suppone abbate ita se coaequantur utrique ad *laudum* Bambonis filii Grimaldi et Attonis filii Amezonis de ecclesia Sancti Salvatoris ad Alinianum quomodo Bambo et Atto recordantur ita se concordent episcopus et abbas de his omnibus quae suprascripta sunt; si quis ex eis aut aepiscopus aut abbas se voluerit abstollere sciat se compositurum centum libras, idest: si aepiscopus fregerit hoc pactum componat in monasterio Pharphensi .C. libras, similiter si abbas fregerit ipsum pactum componat .C. libras in aepiscopatu Asculano; et si aepiscopus aliquem fidelem abbatis tulerit cadat in supradictam poenam, similiter et abbas si aliquem fidelem aepiscopi tulerit cadat in suprascriptam poenam.

Haec omnia supradicta finiantur a modo usque in kalendas septembris proxime venturi.

In hoc facto idest in hoc pacto quod scriptum est testes fuerunt Longinus filius Supponis, Helperimus, Martinus, Grimaldus, Iohannes de Balduino et Leo de Azo.

2 Testo agiografico: Prologo L 2

Incipit *prologus* beati Valentini discipuli sancti Migdii martiris.

Melchiadi, urbis Romae primae sedis episcopo, Valentinus levita vivere semper et gaudere cum Christo.

Opus perarduum et non mearum virium, o pater optime, aggredi *iubes*, sed, confisus in Deo qui virtute mirabili *aquam de petra* siti-
tienti populo produxit tuisque fretus orationibus, *incipiam* quae hortaris, iussioni parebo desiderioque tuo satisfaciam. Quaeso igitur
si more humani ingenii errare contigerit tuo defendatur imperio tuaque corrigatur peritia; nam et philosophorum disciplinam
omnium nosti et divinorum librorum nectareo fonte rigatus divinaeque gratiae iubare viscera repletus omnium mortalium exsuperas
ingenia nomina dignitates et merita.

Sed *quis mortalium* hodie reperiri potest eius ingenii eiusque facundiae qui ad plenum quae gesta sunt his diebus in urbe Ascula-
na scribere valeat? *Qua eve lingua explicare potest* damna, exilia, contumelias, proscriptiones, caedes, carceres, capitales sententias et
alia genera tormentorum quae christianae fidei cultores apud nos patiuntur? Quid immemor? Inter invia saxa latebrasque ferarum vi-
tam ducimus mortalium, fere omnium praesidio destituti, *aporiamur* enim omnibusque modis affligimur. Sed laus Omnipotenti mori
prius multitudo decrevit christianorum quam obedire crudelium praeceptis tyrannorum; fundata est enim supra firmam petram quae
nec boreae furentis violentia vel impetu torrentium inundantium ullo moveri potest.

Et licet desolata pastore suo sancto Emigdio episcopo et martyre Asculana videatur Ecclesia, tamen pietate divina tuisque sanctis
orationibus sperat se ad certae quietis portum devenire. Putasne videbo diem illam in qua requies et securitas reddatur Ecclesiae? Pu-
tasne videbo diem illam in qua mihi liceat omnipotenti Deo laudes de more canere *actusque sancti Migdii martyris styli officio desi-
gnare memoriaeque posterorum mandare*? De quo quam brevissime potero *pauca* tibi *de multis* ordinare studebo.

Vale.

Explicit prologus. Incipit *paxio* sancti Migdii martiris Esculane metropolitane episcopi.

3 CITAZIONI

CITAZIONI	L 1	L 2	Testi poetici	Tot.
1. QUADRO GENERALE				
bibliche	99	71	-	170
extra-bibliche	14	41	4	59
<i>Tot.</i>	<i>113</i>	<i>112</i>	<i>4</i>	<i>229</i>
2. CITAZIONI BIBLICHE				
Antico Testamento	45	38	-	83
Nuovo Testamento	54	33	-	87
<i>Tot.</i>	<i>99</i>	<i>71</i>	<i>-</i>	<i>170</i>
3. CITAZIONI EXTRA-BIBLICHE				
Agiografia	9	7	-	16
Padri della Chiesa Autori cristiani Liturgia	5	20	1	26
Classici medievali	-	14	3	17
<i>Tot.</i>	<i>14</i>	<i>41</i>	<i>4</i>	<i>59</i>

4. OFFICIUM SANCTI EMIGDII

In vig(ilia) s(ancti) Emig- | dii epi(scopi) et m(artyris)

Ad vesperum.

A(ntiphona) Sanctus Emigdius natione | Francus religiosus parentibus ortus | p(er) eosdem e(st) ex aqua et Spiritu sa(n)cto | regeneratus.

P(salmus) Dix(it) D(ominus).

A(ntiphona) Italia | vero eum ma(r)tyrem pa(r)turivit cui(us) n(un)c | patrocinio et beneficio fovetur orationis.

Antifonario Libro liturgico composto per le necessità e le consuetudini di una comunità ecclesiastica, con le parti cantate dal coro: antifone, responsori, versetti, prosule; *non ci sono salmi, inni, lezioni.*

È una fonte polivalente, pluridisciplinare (aspetti *storici, paleografici, codicologici e musicologici*), poiché dà informazioni di tipo

- tecnico paleografico: tradizione scrittoria (semiografie alfabetica e musicale), struttura della liturgia (*cursus*, secolare o monastico);
- quantitativo: fenomeni economici, sociali e culturali di ampia dimensione (lingua ...)
- qualitativo: ricostruzione delle reti di relazioni con esperienze analoghe e centri scrittori; ricostruzione del *quadro di vita liturgica*; recupero della *memoria storica* e dell'*identità della comunità* all'interno della quale ha avuto la sua origine e trova la giustificazione più profonda.

Datazione paleografia (...), codicologia (...), contenuti (presenze / assenze)

Descrizione Esemplare in due volumi: *pars hiemalis* (*temporale*: domenica di quaresima - domenica delle Palme; il *santorale*: 30 novembre - 5 febbraio, s. Andrea - s. Agata) e *pars estiva* (*temporale*: II domenica dopo Pasqua - I domenica di novembre; *santorale*: 25 marzo - 23 settembre, s. Marco - s. Clemente).

Membr., ff. 267, mm. 470 x 345, gotica libraria, *ductus* sciolto, tratto netto, ben leggibile.

Sempre 7 tetragrammi per foglio con la rispettiva riga di testo da cantare; righe a secco, meno quella rossa del fa; alcune lettere miniate.

La disposizione grafica del contenuto (*mise en page*) conferma la bontà e l'efficacia del *sistema multimediale* dell'epoca (testo, immagine, musica, culto e coscienza teologica): i testi sono presentati in modo gerarchico e armonioso; attenzione all'equilibrio di zone, colori, spazi e contrasti, al fine di facilitare un percorso di lettura a più livelli con cura costante all'ergonomia. La relativa *povertà* rispetto alla esuberanza decorativa di altri esemplari, generalmente dipende dall'entità dell'investimento di cui si è fatto carico il *committente* (la Chiesa ascolana: capitolo e/o vescovo).

Testo sinteticità rispetto alla fonte. **Musica** semiografia tarda: neumi quadrati; riga rossa del fa; custos; modi ecclesiastici.

